Et ſi nõ ad extremum tremum:de fine narrationis eſt hoc p̄ceptum:ut narremus quouſq̄ narrãdũ eſt ut nõ & illa narremus:que in controuerſiam non cadunt ut puta qdẽ fortiter fecit petit p̄mii noĩe ærarii dimidiũ cõtra dr̄ narrãdũ eſt quẽadmodũ fortiter fecit non ẽt quẽadmodũ ad ciuitatẽ regreſſus ſit : & quẽadmodũ premiũ petierit & quẽadmodũ ei contradictũ ſit Ci.in oro̅ne p̄ milone poſtq̄ narrauit a clodio miloni non a milone Clo dio inſidias factas ulterius narrare progreſſus nõ eſt oñdit.n.qd̄ propoſuit nã luce clarius ſe demonſtra turum promiſerat miloni inſidias feciſſe clodium:non ad extremum proſecurus eſt ſed eo uſq̄ quo opus fuit:idem & papinius diligẽter obſeruaſſe miſſus eſt:qui cum Matronas theſei auxilio obtinuiſſe dixiſſet ut uirorum cadauera:ſepulturæ mandare poſſent:finem operi impoſuit. Non.n.narrandum erat quomo do rogũ ſtruxerint quõ ſingulæ uirum in ignes coniecerint:quomodo fleuerint : quomodo cineres colle ctos in urnis collocauerint quæ ue epigramata inſcripſerint.dicit enim non ego centena ſi quis mea pe ctora laxet uoce deus tot buſta ſimul : uulgiq̄ ducumq̄ tot pariter gemitus dignis conatibus æquem:eo uſq̄ narrauit:quo neceſſe fuit ſuperflua omiſit:& id ſe facere profeſſus eſt.

⸿De Breui narratione. Tit.xxii.

⸿ANTO.Vnde neceſſe erit.Breuis erit narratio inquit fabius lib.y. Si inde cœperimus:unde ad iudi cem pertinet.Deinde ſi nihil extra cãm dixerimus:tum etiam ſi reciderimus oĩa:qbus ſubſatis neq̄ cogni tioni quicq̄ neq̄ utilitati ſubtrahatur.Solet enim quædam eſſe partium breuitas que longam tamen effi cit ſummam in portum ueni.Nauem proſpexi quanti ueheret interrogaui:de prætio. Conueni conſcen di.ſublatæ ſunt anchoræ ſoluimus oram profecti ſumus.Nihil horum dici celerius poteſt.Sed ſufficit di cere E portu nauigaui.Hæc ille.Dicit item Sarius eſſe aliquid nerrationi ſupereſſe q̄ decem . Nam ſuper uacua eſt tedio dñt.Neceſſaria cum periculo ſubtrahuntur.Et partitio tedium leuat.Dicam quæ acta ſint ante ipſum rei contractum.Dicam que in re ipſa.Dicam quæ poſtea ita tres potius modice narratione ui debuntur q̄ Vna longa.Interim Expediet expoſitiones breui interſatione diſtinguere. Audiſtis que ante acta ſunt.Accipite que nunc inſequuntur:reficietur.n.iudex priorum fine.Et ſe uelut a dnouum rurſus ini tium præparabit hæc ille.⸿ Ab ultimo initio. Vt puta.⸿ Si nobis bellum troianum narrandum ſit debe mus ab raptu helenæ incipere non ab leda quæ helenam genuit.Ergo præcepta dat in breuem narratio nem:q̄ in initio narrationis:quæ in fine:quæ in medio ſeruare debeamus.Quod. Victorinus ſcribit.⸿ Si ſũmatim non particulatim narrabimus.Præceptum eſt a medio narrationis.Excplũ ãt erit illud in portũ ueni nauẽ p̄ſpexi &c.Non ad extremum.Præceptum eſt de fine narrationis : ideſt ſi narrabimus quouſq̄ narrãdũ eſt non etiam illa narrentur:q̄ iam in tractatus cadunt ut puta.Quidã fortiter fecit : petit p̄mii noĩe ærarii dimidiũ.Cõtra dr̄ .Narrandũ ẽ quẽadmodũ fortiter fecerit.Nõ ẽt quẽadmodũ ad ciuitatem regreſſus ſit:& quẽadmodum ei contradictum ſit.

⸿FRAN.Et ſi tranſitionibus nullis. Vtemur:ut il la tantum narremus quæ ad cauſam pertinent : non etiam aliqua,quæ extra ſint:& quæ ad negocium mi nime faciãt:quamuis hoc præceptum ad colorẽ rhe toricum referri poſſe:qui alias neceſſarius:in narra tione ſuperfluus ſit.quidam uelint:nam ſequitur in quiunt:& ſi nõ deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere quod ad digreſſionem refertur:ut ſi quis a Milone in appia uia occiſum narret clodium:Digre diatur & clodii prædia quæ illic erant deſcribat:de errare autẽ digredi eſt ab eo de quo agitur exemplũ trãſitiõis ſi p̄ colorẽ accipis:tale ẽ ſi,dicas. Accepiſtis iudices.Quid ad ſtruẽdas Miloñi iſidias clodiũ ipule rit.Nunc qd̄ milo ipſe egerit aĩaduertite:& carere cũ culpa nõ negabitis:ſed ad colorẽ referri nullo mõ in telligẽdũ eſt:nã quĩtilianus expedire dicit expoſitio nes breui interfatiõe diſtinguere ſi dicam⁹ accipiſtis

& ſi tranſitionibus nullis utemur:& ſi nõ de errabim⁹ ab eo quod cœperimus exponere: & ſi exitus rerum ita ponemus:ut ante quoq̄ quæ facta ſint ſciri poſſint tametſi nos riticue rimus:quod genus eſt:ſi dicam me ex prouin cia rediſſe.profectũ quoq̄ in p̄uinciã itelliga tur.& oĩno non modo id quod obeſt:ſed & id quod neq̄ obeſt neq̄ adiuuat ſatius eſt præ terire:& ne bis.aut ſæpius idem dicamus.Ca uendũ eſt ẽt ne id qd̄ ſemel ſupra dixim⁹ dein ceps dicamus hoc modo:Athenis megarã ue ſperi aduenit ſimo ubi aduẽit megarã iſidias fe cit uirgini iſidias poſtq̄ fecit uim i loco attulit.

quæ ante acta ſūt:accipite nūc: quæ inſecūtur.reficitur.n.iudex priorū fine.& ſe uelut ad nouū ruſus ini tiū præparat.Ergo aut idē eſt ꝓceptū ſi trāſitionibus nullis utēur : & ſi nō deerrabius ab eo qđ cœpimus exponere:nam iu rhetoricis de inuētione tantū ait:& ſi nullā in rē aliā trāſibitur aut tranſitiones itelligit q̄ ad res fiunt:cū cā noſtra cōiunctas deerrationē uero quæ ad ea diuertat q̄ nihil oīo cū nr̄a cā habeant utrunq; uitiū ī narratiōe ſed poſteri⁹ lōge maius:illa tñ uera poteſt eſſe differētia:ut trāſitionibus ī narratione ille utat cui cū ſeorſum narrādū ſit qđ Clodi⁹ egerit:ſeorſum qđ milo deide Simul qđ uterq; fecerit & paſſus ſit a milōe trāſeat crebrū ad clodiū & cōtra:ille uero aberrare uideaꝰ q penitus ab eo de quo agiꝰ diſcedat:ut cū narrādū homicidiū ſit adulteriū narret.⸿Et ſi exitus rerū ita diſponemus:exēplū ipſe ponit:hoc ad breuitatem maxime ꝑtinet narrationis:cū ea relinquunꝰ:quæ ex his quæ dicunꝰ : intelligi poſſunt.⸿Ante:ante ea q̄ dicimus facta eſſe ſciri pn̄t.⸿Quod genus:exēpli cā ad ſimilitudinē græcoꝝ dictū eſt apud quos οιον idē ualet.Si dicā me ex ꝓuincia rediiſſe nemo redit ex ꝓuincia q nō intelligaꝰ prius in ꝓuinciā ꝓfectus itē ſupflua erit narratio:ſi dicas res erat ſolis nota ꝓtoribus. Poetæ & ipſi illud ſæpiſſimæ cuſtodiunt κατατοσ ιοπολεΝΟΝ loquuntur. Vir.Ni iam ꝓmiſſus achates afforet:multi tamē ut inquit cicero imitatione breuitatis decipiuntur nam cum ſe breues putent eſſe longiſſimi ſunt:cum debet operam ut res multas dicant:nō ut oīo paucas res dicant:& non plures q̄ neceſſe ſit nam plerīq; breuiter dicere uidetur:qui ita dicunt acceſſi ad ædes:puerum uocaui:reſpondit quæſiui dominum:domi negauit eſſe.Hi tam & ſi tot res breuius non potuerit dicere:tamen quia ſatis fuerat dixiſſe dominum negauit eſſe domi:fit rerum multitudine longus:uitanda eſt igitur breuitatis imitatio:& non minus rerum nō neceſſariū q̄ uerborū multitudine ſupſedendū eſt.hoc idē & Quin. Ci.ſecutus ferme præcipit:& hoc utitur exemplo.In portum ueni:nauem proſpexi q̄ti ueheret.Interrogaui.de præcio conueni:conſcendi ſublatæ ſunt ancoræ:ſoluimus horā.profecti ſumus.addit idem horū dici celerius pōt:ſed ſufficit dr̄iæ : eſt portu nauigaui.quotiens itaq; exitus rei priora oſtendit debemus hoc ē contenti.quo reliqua intelligunꝰ & cum liceat differentiæ eſt mihi filius iuuenis.oīa illa oīa ſuperflua ſunt.cupidus ego liberorum uxorem duxi:natum ſubſtuli:filium educaui in adoleſcentiam perduxi .⸿Et omnino non modo id præcipit non ſolum quæ obſunt prætereunda eſſe:ſed quæ neq; adiuuant:neq; proſunt:dicere quæ obſunt ſtulti eſt:aut præuaricatoris.quæ neq; obſunt neq; adiuuatur parum cauti.Nam ſuperuacua cum tædio audiuntur : retinendi autem ſunt auditorum animi non alienandi obfuiſſet Ciceroni ſi dixiſſet egreſſum milonem urbē eſſe armatum:ut uirum fortiſſimū dicebat:eum armatorū cætu ſequi uolentem uxorem:ducere uoluiſſe. Non potuiſſet neq; obfuiſſet.Si dixiſſet uxori ſe ſtatim ꝑdito lauinii flamine rediturum.Et nobis aut ſæpius dicamus:uitium ſuperius periſſologia eſt:hoc uero Tantologia dr̄ iteratio.ſ.eiuſdem ſermonis:ut ſi dicas milo occidit clodium:quod ſi faceres merito dici in te poſſet:obtundis autem tametſi intelligo . Itē ſi dicas.milo cum uxore rhedam inſcendit inermis.Cum bouillas ueniſſet clodius qui equo uehebatur illi obuiam ſit:quare milo de rheda deſcendit.nam in rheda ut dixi erat:hoc ſuperfluum eſt : nam ſufficiebat dixiſſe prius & rhedam inſcendiſſe hoc autem preceptum tum ad uerba pertinet tum ad ſententias:ne bis in narratione repetamus.Cauendum eſt etiam ne id quod &c.Cauendum eſt ne uerba repetētes cōnectamus.In qđ uitium militi incidunt:ut cum dr̄ domū tuā ueni:ubi domū ueni:fores pulſaui:fores ubi pulſaui.filius tuus rn̄dit:ubi reſpondit:domi te nō eſſe cognoui:ubi domi te nō eſſet cognoui:in forū ueni:ubi in foꝝ ueni:te uidi ubi te uidi ad te cucurri:differt a ſuperiori qñ ea narramus ſuperflue:quæ ex ipſo exitu rerū percipi poſſunt:q̄uis nō dicātur:nam hic uerba eadē.repetuntur.quod illic nō fit:hic præterea diuerſæ poſſunt eſſe ſn̄iæ illic tm̄ diuerſa ſunt uerba ſenſus ad idem tendit.Cicero ipſe exēplum ſubiicit de aliquo poeta ueteri ſumptum qui ſecundum perſonæ decorum uitium a ſimone illatum uirgini narrari facit: athenis megara. megari cum ſolum atticæ pars fuit ubi megara inſignis olim ciuitas quam corinthii & meſſeni mœnibus cinxerunt habuit philoſophorum ſtudia quos megaricos uocauerunt:diſtat atenis paſſuum.x.milibus ueſperi:datiuū ꝓ ablatiuo ſeruius ſentit eſſe.⸿In loco: in loco illo ubi inſidias fecerat. ¶ANTO.Tranſitionibus nullis:ſcilicet ut ille tantum narres:quæ ad cauſam pertinent. Non etiam aliqua quæ extra ſunt:& quæ ad Negocium minime pertinēt.Si nō deerrabimus:declarat id qđ dixerat.Exitus rerū. Quare cū liceat dicere.Eſt mihi filius iuuenis.Omnia illa ſuperuacua:cupidus ego liberorum uxorem duxi.Natum ſuſtuli.filium educaui.in adoleſcētiam perduxi .,Hæc fabius lib.iiii.⸿Nō mō id qđ obeſt.Et enim qui breuitati ſtudet.nō modo illa in narratione ꝓterire debet.quæ obſutura ſunt:uerum etiam illa quæ nihil ꝓfutura.⸿Et ne bis aut ſæpius:ideſt etiam illa quæ proſunt nō ſunt iterāda. ⸿Megarā Megarica terra attici ſoli pars fuit. Vbi Megaram urbē mœnibus cinxere heraclidæ habuit philoſophorū ſtudia quos:appellauere Megaricos. Qui Euclydis Socratis auditori ſucceſſere. Plura ſtrabo lib.viiii.

¶De dilucida narratione.

REm dilucidam narrabimus ſi ut quicquid primū geſtū erit: ita primum exponemus.& rerum:ac tēpoꝝ ordinē cōſeruabimus ut geſtæ res erūt : aut potuiſſe geri uidebunꝰ.Hic erit cōſiderādū

¶FRAN.Rem dilucidā:de pr̄ia ꝓcipit narratiōis ꝓprietate:quēadmodum breuis narratio poſuit.Nunc quēadmodum aperta fiat:& dilucida exponit.Illud autem adultere debemus:quod in apertam narrationem illa dat præcepta:quæ & in breuem:& quid in principio aperte narrationis:& quid in fine quid in medio facere debeamus oſtendit.⸿Si ut qcq̄d primū ipſe ſ̄ declarat ſubdēs:& rerū ac tempoꝝ ordinē cōſeruabim⁹ ſ.ut non ꝑuerſo ordine narrādi fiat iudicibus in cognitione confuſio:ut quod poſt fcm̄ eſt primū narremus quod ſi faceremus in rerum ac temporum ordine de

Re℞ ac tēporū ordinē

linqueremus:qui uero ordinem confundit naturalem is obſcuram ſine dubio reddit narrationem. quã di
ſtinctam decet eſſe rebus perſonis temporibus locis cauſis rerũ ergo ut ſingulæ ſuo loco res ponantur:ut
non dicatur moriamur mediaq; in arma ruamus.ut quod prius factũ eſt priore loco:quod poſterius collo
cetur.¶ Vt geſtæ res erunt ſuperiorẽ complectitur diffinitionem quæ eſt narratio rerum geſtarum:aut ꝑ
inde ut geſtarum ex poſitio:nõ enim res dũtaxat ueras narramus.ſed ẽt uerisimiles. Hic erit conſideran-
dum ut in præceptis breuis narrationis primo oſtendit quid faciendum eſſet deinde quod non faciendũ.
ita hic primo quid faciendum ſit deinde:quid non faciendum demonſtrat.

¶ De dilucida narratione. Titu.xxiiii.

¶ ANTO.¶ Rem dilucide Narrabimus . Etiam in apertam Narrationem illa dat præcepta : quæ & in
breuem.Nam hic etiam quid in principio apertæ narrationis quid in fine:quid in medium facere debea-
mus oſtendit.¶ Si ut quodq; primum.ut non peruerſo narrandi ordine fiat iudicibus in cognitione con
fuſio.Rerum ac tempornm ordo.Ne id primum narres quod poſtea factum eſt quod ſi feceris & in rerũ
& in temporum ordine deliquiſti.¶ Hic erit conſiderandum nequid perturbate . Vt in præceptis breuis
narrationis primum oſtendit quid faciendum eſſet:deinde quid non faciendum.Ita & hic oſtendit.Primo
Conturbatæ quid faciendum erit:tum quid non faciendum.

ne quid perturbate:ne quid contorte:ne quid
ambigue:ne quid noue dicamus neq; in aliam
rem tranſeamus:ne ab ultimo repetamus: ne
longe perſequamur:ne quid quod ad rem per
tineat prætereamus & ſi perſequemur ea quæ
de breuitate præcepta ſunt. Nã quo breuior:
eo dilucidior:& cognitu facilior narratio fiet.

¶ De uerisimili narratione.

VErisimilis narratio erit . ſi ut mos . ut

¶ FRAN.Ne quid perturbate. Si rerũ:aut tẽporũ
in narratione ordo:mutatᷣ:pturbate dr̃:qdã pturba
te ad cõſtructionẽ referunt:& uerborũ collocationẽ
ut ne pturbate dicatᷣ cõgrue ſuis locis diſponãtur:
ut cũ dicere debeas.Quitus mutius augur ſcæuola
multa narrare de.C.Lælio ſocero ſuo memoriter &
iocunde ſolebat:nõ ſic dicas.Augur ſcæuola. Qu.
Mutius de.C.Lælio memoritᷣ & iocunde ſocero ſuo
multa narrare ſolebat:fuerũt q pturbate ad morẽ ꝑ
uerſum referẽt dicẽtis qui tũc demũ ſe exiſtimet bñ
dicere & mouere cũ oĩa tumultu & uociſeratiõe cõ-
cutiat.ſui tp̃is oratores q in hoc uitiũ uulgo incide-
Contortæ bãt repræhẽdit.Quintilian⁹:q credebãt idicare ſer
monis eſſe quotidiani:& in idoctos ẽt cadere.cũ tñ uirtus ſit cõtorte:tũc dr̃ cõtorte cũ nõ facilis trãſitus
eſt ac directus ſed obſcurus.hoc eſt cũ eſt rerũ cõtinuatio.Sunt q ad trãſlationes referãt duriores nam de
torqueri & cõtorqueri dicũtur uocabula cũ a ꝓpria ſignificatione in aliã.Sed duriter & aſpera trãſferũtur
exẽplũ eſt uulteius ſocios ſuos acri uerberatione hortatus eſt:ut oĩ remo pectoris ad cõem oĩbus locũ mi
grare nõ phorreſcerẽt rectus dictũ fuiſſet uulteius ſocios ſuos orõne ſua hortatus eſt:ut oĩ conatu uterẽ
tur.Ne qd noue ꝓter conſuetudinẽ & morẽ uel ad ipſa refertur uocabula octauius auguſtus ad filios uel
Ne qd nouum nepotẽ ſcribẽs:noua uocabula ut ſcopulos nautis euitanda eſſe dixit:eſſet aũt nouæ dictũ uocabulũ:ſi qs
pro attẽtione:auriculationẽ poneret.Ne qd ambiguæ illud ambiguũ dr̃:qd in duas pluresue res trahi po
teſt ambiguitas aũt dubitationẽ:parit.q̃ cõtraria eſt dilucidítati:ea.n.oĩa aperte tradit ãbiguũ eſt:ſi dicas
Ne qd Ambiguæ cõſtat iudices milonẽ inuaſiſſe clodium:& aiote æacidã romanos uincere poſſe . Neq̃ in aliã rem:ꝓcepta
repetit breuitatis:q̃ dilucidítati conueniunt.quo.n.breuior.narratio:ſi tñ neceſſaria nõ omittantᷣ eo dilu
cidior ẽ nõ debent.q̃ ad ꝓſens negatiuũ ſpectãt omittatq; ab eo aliena narrari hoc de breuitate ꝓceptum
eſt:ne altius q̃ neceſſe eſt.repetentes narremus:ꝙ antimachus poeta fecit.Ne lõge ꝓſequamur:de fine nar
rationis eſt hoc ꝓceptũ:ne ulterius ꝓcedamus narrare q̃ neceſſe ſit:& iudicis exigat cognitio . Ne qd qđ
ad rẽ:hoc uitiũ mediæ narrationis eſt:ita ut principii uitium eſt:ſi ab ultimo repetatᷣ finis ãt. Si ad extre
mum pducatur.Et ſi &c.Concludit illa inquiens oĩa quæ de breui narratiõe ꝓcepta ſint ẽt in apta ſeruari
Verisimilis narratõ debere:nã quo breuior:&c.ita tñ ut neceſſaria non omittas.uera breuitas eſt quæ nihil ſupfluũ dicit nihil
omittit neceſſariũ:& ſi in alterutro peccandũ eſt pòtius ſupflua dicenda ſunt:q̃ neceſſaria omittẽda:qđ ẽt
ſupius a nobis deñ eſt.¶ Verisimilis narratio erit:nunc ad uerisimilitudinẽ trãſitũ facit q̃ ultima ẽ narra
tionis ꝓprietas:ꝓcipit igitᷣ quo pacto credibilẽ narrationem facere poſſimus ea ãt q̃ auditoribus facere
fidẽ poſſint in his ſeptẽ inueniunt circũſtantiis:qs oẽs artis ſcriptores tractarunt quis qd cur ubi qñ quẽ
admodum:qbus adminiculis:qs ꝑſona eſt qd factũ:Cur eã:ubi locus:qñ tp̃s quemadmodũ modus qbus
adminiculis facultas opinionẽ.Cicero addit:addit morẽ & naturã qd quẽadmodñ . & qbus adminiculis
qm̃ cũ ꝑſona cohærẽt ꝓterit:& qa mõ fides nõ fit ſed magis amplificatio crimis . cũq; ad cõiecturã accõ
modata ſint hæc ꝓcepta & ĩ coniectura ſcm̃ negetᷣ nec modus ꝓt eẽ ꝓbationis facti : nec qbus adminicu
lis ſcm̃ ſit oñdi:hic itaq; ꝓcipit cicero ut res ad eorũ q agunt naturam ad uulgi morẽ & eorum q audiunt
Si ut mos opionẽ accõmodetᷣ.¶ Si ut mos.ut id qđ agimus a populi more nõ abhorreat.ſ.ne contra conſuetudinẽ
audientium loquamur ut ſi apud pyrrhũ aut hãnibalẽ cõtra rem militarẽ narres apud romanos contra iu
ſtitiã.apud ſcytas mores barbaros reꝑhendas.athenis ſtudia bonaꝝ artiũ accuſes mos ãt conſuetudo dr̃
Opinio alicuius ciuitatis inueterata.q̃ legis uim obtinet.¶ Opĩo:ut id qđ dicimus ab hoĩum opiniõe ñ diſcrepet
ſed eorũ ꝓcipue q audiunt:& iudicaturi ſunt:parũ.n.eſſet caſtã eſſe & integrã ꝑſonã dicere ſi aliter de ea
iudices ſentirent:ſi feciſſe furtũ illum dicamus:q furari alias conſueuerit uerisimilis erit narratio . nam q
ſemel malus ſꝑ ꝓſumitᷣ malus in eodem gñe mali & auaritia hoiem ad furtum impellit:libidine ad adulte
Natura riũ temeritate hõicidiũ oĩum ferme cõis eſt opĩo prius ut quintilianus ꝓcipit aĩum noſtrum conſumere de
bemus:ne qd naturæ aduerſum narremus . natura ne de pudiciana agat leno ac de caſtitate meretrix mi

qs cælũ terris nõ miſceat:& mare cœlo.ſi fur diſplieeat uerri homicida miloni.Quãuis tria hæc morẽ.
cõſuetudinẽ naturã cicero diſiunxit tñ ſunt coniuncta natura ex more ac natura cõſuetudo plena efficiẽ
¶ANTO.Ne qd ꝑturbate dicaẽ id erit ſi rerũ ac tꝑoꝝ ordo in narratione nõ muteẽ.Ne qd contorte
.i.quũ interdũ non facilis tranſitus ac directus eſt:ſed obſcur⁹.ne qd ambigue:dubie:ut dicẽdo.aio te æa
cida romãos uincere poſſe.Neqd noue dicam⁹:ut ſi qs utereẽ nouis uocabulis.i.exqſitis & ab uſu remo
tis.¶ Neq̃ in aliam rem tranſeamus.Ne omiſſis rebus ad pñs negociũ ꝑtinẽtibus nõ narranda atq̃ alie
na narremus:quod ꝓceptũ de breui ẽt narratione dedit. ne ab ultio repetamus. Hoc ꝓceptũ eſt de initio
narrationis:qd item in breui dedit.Ne longe ꝓſequamur:id ꝓceptũ de fine narrationis eſt. Nã ut inqt in
rheto.de inuentione.Sæpe res paꝝ ẽ itellecta longitudie magis q̃ obſcuritate narratiõis. Neqd qd ad rẽ
pertineat ꝓtereamus.Præceptum hoc eſt de media narratione. Nam quo breuior eo dilucidior:hinc ait
horatius:Quicquid præcipies eſto breuis ut cito dicta præcipiant animi dociles:teneantq̃ fideles.

¶De ueriſimili narratione. Titu.xxiiii.

¶Veriſimilis:ideſt probabilis aut credibilis:ut docet fabius. continẽ aũt omnis ad fidem Argumenta
tio qbuſdã circũſtantiis:q̃ qdẽ hoc ueriu ſcribunẽ.Quis.Quid.Vbi.Quibus auxiliis.Cur.Quõ.Qñ.
quod etiam.Victorinus edocet.Vbi igiẽ erunt hæc ſeptẽ ꝓbabilis erit narratio. Vt mos populi:conſue
tudo.ſ.ne contra cõſuetudinẽ audiẽtiũ loquaris:ut ſi apud romanos narres cõtra iuſtitiã:ſi apud ſcythas
mores barbaros reꝑhendas.Mos aũt qd ſi proprie iam patuit.Vt Opinio.Si id quod agimus cum eorum
opinione conſentiat:qcũq̃ audiũt iudicari.itaq̃ ad eorum qui audiunt opinionem accomodabitur.

opinio ut natura poſtulat dicemus: ſi ſpacia
temporum:perſonarum dignitates conſilio
rum rationes:locorum oportunitates cõſta
bunt:ne refelli poſſit aut tẽporis parũ fuiſſe:
aut cãm nullam:aut locũ idoneũ non fuiſſe:
aut hoies ipſos facere aut pati non potuiſſe.

¶FRAN.Si ſpacia tẽporum.duo ſunt tpa alterũ ut
unus:duo:multi:dies:mẽſis:annis:pars anni.alterum
oportũitas & occaſio & hoc græci: καιρον.Illud pri
us χρονον uocãt:poſterius ex hois actibus fit:actus
aũt ſunt:ut bellum:pax:ludi:ſeditio.¶ Dignitates ꝑ
ſonarũ:nõ honores & magrãtus itellige dignitates.
Sed ut quæq̃ ꝑſona digna eſt.Sic de ea narres.eſt ãt
hæc circũſtãtia.quiſ.& niſi ex ꝑſonæ loquaris digni
tate & decoro:non erit ueriſimilis narratio.ut ſi cato
nem cõmeſſationibus:& libidinibus deditum narres:
Clementẽ Syllam.Cæſarẽ uero crudelẽ.¶ Cõſilioꝝ
rõnes:hæc eſt circũſtantia cur cã autẽ qua ad maleficiũ impellimur duplex eſt:ratiocinatiua:& impulſiua. Locorũ
Sed rõcinatiua in aſſecutione cõmodi eſt aut euitatione incõmodi.¶ Locorũ oportunitates:hæc eſt circũ oportu
ſtantia ubi ut cõmodus rei agendæ locus fuiſſe uideaẽ.ut ſi in ſilua occiſum quẽpiam narres.Nam ſi in fo nitates
ro aut plateis necatum diceres:ueriſimile nõ eſſet in coniecturali cã:in loco.n. celebri qd fit a quo factũ
ſit ignorari non põt:qrẽ.n.locus publicus an priuatus ſit facer an ꝓphanus:ꝑ cãæ qualitatẽ. ¶ Ne refel
li poſſit merito ſupra dictæ ſeruari inquit debẽt circũſtãtiæ:ne ſi ꝓtereanẽ:ab iis q audiunt falſa narratio Aut tẽ
dici poſſit.¶ Aut tpis.parũ fuiſſe:ad ſpacia tẽporum reſpicit qd in narratione orõnis ꝓ milone optime poris pa
ſeruauit:dicẽs.Interim cũ ſciret clodius neq̃.n.erat difficile ſcire iter ſolẽne:legitimũ:neceſſariũ:ante di rũ fuiſſe
cit.xiii.Kal.febru.miloni eſſe laniniũ ad flaminẽ ꝓdẽdũ.qd erat dictator lanini milo:roma ipſe ſubito ꝓ
fectus pridie eſt:ut ante ſuũ fundũ qd re intellectũ eſt.miloni inſidias collocaret: tpis rõ habita a clodio
oſtendiẽ.cũ pridie diſceſiſſe dicaẽ.nã ſi eodẽ die quo milo ꝓfectus eſt:clodiũ quoq̃ ꝓfectũ fuiſſe dixiſſet:
parũ tpis ad parãdas inſidias uidereẽ habuiſſe:& in orõne ꝓ ſex.roſcio ameriæ dicit fuiſſe filiũ:cũ pater ro Aut cau
mæ occidiẽ ad balneas palatinas rediens a cæna:ut credibile ſit a filio nõ potuiſſe occidi:ut aduerſarii di ſam nul
cebant:nã ſex quinquaginta millibus paſſuũ ab urbe diſtat ameria.Aut cãm nullam ad id referẽ qd ait cõ lam
ſiliorũ rõnes niſi.n.cã facti oſtendaẽ.Vana eſt narratio:& minime ꝓbabilis.Cicero nõ ſimpliciter iſidias
dicit miloni clodiũ feciſſe.Sed cãs adiungit.qm̃ eo anno præturã petiturus erat:quo milo cõſulatum pete
bat uidebatq̃ fore ut manca & debilis prætura ſua eſſet.Si milo cõſul fieret:nec ſperabat pro libidine ſua
rẽpu.milone conſule & uino:uexare noſſe ꝑdendi igitur iniuit cõſilium:hæc cũ narranẽ credibilis ſine du
bio narratio efficitur.¶ Aut locũ idoneũ non fuiſſe.ad id reſpicit qd ait locoꝝ oportunitates quã circun Aut lo-
ſtantiã in eadem orõnis ꝓ Milone narratione diligẽter obſeruauit Cicero dicẽs:ante ſuũ fundũ miloni in cũ ido-
ſidias facturꝰ delituiſſe clodiũ:& ex loco ſuꝑiore ipetũ in eũ feciſſe.¶ Aut hoies ipſos facere:aut pati nõ neum
potuiſſe:ad id rñdet qd dixit ꝑſonarũ dignitates.nã ſi dicas armatũ ab inermi eſſe oppreſſum:& a paupere Aut ho
diuitẽ & potentẽ ſuperatũ minime uerũ iudicabitur itẽ ſi a lenone defenſam pudicitiã:a meretrice lauda- mines
ram caſtitatẽ narres.Aut unum decẽ potuiſſe occidere.neq̃ publicã libertatẽ ꝑdere crederẽ cato.neq̃ ſi ipſos
alius ꝑdere tẽtauerit:pati poſſe.Suꝑioribus narrandi uirtutibus qdam magnificẽtiam addiderunt:nõ nul
li euergiã quã nos euidẽtiam noĩamus ſed magnificẽtia in cauſas oẽs nõ cadit Cicero non ſolũ planam
alibi breuẽ & credibilẽ uult eſſe narrationẽ.ſed euidentẽ eſſe moratã & cũ dignitate ſe ut ait Quinti.in
orõne morata oĩa eſſe debent cũ dignitate & ea qua poſſunt euidẽtia.Præterea narratio q̃ nihil prodeſt:
ꝓtereunda eſt.Sæpe ẽt contingit:quod in miloniana Cicero fecit poſt argumẽta narrare. Sunt & pleraq̃
alia quæ in præceptis narrationis in rhetoricis ſuis de inuentione ſeruanda tradit Cicero.

¶ANTO.Vt natura illoꝝ uidelicet ꝑ qbus agim⁹:idẽ ne de pudicitia agat leno de caſtitate meretrix.
Quod ſi fiat ꝓbabilis narratio nõ erit.Si ſpacia tꝑoꝝ.i.qñ an ludoꝝ tpe.aut belli aut diei feſti.An uinde
miæ tpe ulꝰ meſſis.An nuptiaꝝ ulꝰ ſacrificii uel ſõni tpe.Cõſideraẽ.n.tꝑs & ãni & mẽſis & diei & noct & ui

giliæ & horæ & aliqua pte alicuius hoꝝ. De qbus qdē latius Ci. in rhe. de inuentiōne. Vbi de cōfirmatione tractaẽ Perſonaꝝ dignitates: ideſt decoꝝ: put ꝙ ꝗ digna ſit ut puta. Vir caſtiſſimꝰ nō inſidiatus ē uirgini. Et auarus furtū fecit. Cōſilioꝝ rōnes: ideſt. Cur ut pygmaliō ſycheū occidit quo eius auro potireẽ. Cōſiliū aūt (ut ſcribit Ci. li. i. rh. de inuētiōe) Eſt aliqd faciēdi aut nō faciēdi uere rō excogitata. Locoꝝ oportunitates ideſt ubi. Vt pigmalion impius añ aras ſycheū obtrūcauit incautū. Locus at cōſideraẽ in quo res geſta ſit ex oportunitate quā uideaẽ habuiſſe ad negociū adminiſtrandū. Ea āt oportunitas qrīẽ ex magnitudine: interuallo: longinqtate: ppinqtate: ſolitudine: celebritate: Natura ipſius loci: ex uicinitate totius regionis. Id ſcribit Ci. li. i. rhe. de inuētione. ¶ Ne refelli poſſit: uidelicet ab aduerſario aut fuiſſe paꝝ tpis aut nullā cām &c. ¶ Paꝝ tpis: ad illud retulit. Si ſparia tꝑorū ꝯſtabūt. Aut cām nullā ad illud refert: Cōſilioꝝ rōnes. Vt ſi pygamlion diceret nullā habuiſſe cām ut ſycheū occideret. ¶ Aut locū idoneū: ad illud rñdet: locoꝝ oportunitates cōſtabūt. Aut homines ipſos facere aut pati non potuiſſe. Vt ſi diceres ſenem baculo percuſſiſſe iuuenem enſigerum. Senex enim id minime facere potuiſſet. nec iuuenis toleraſſet. Hæc omnia. ſ. Quis. Quid. ubi &c.

Si uera res erit: nihilominus hæc omnia narrando conſeruanda ſunt. Nam ſæpe ueritas niſi hæc ſeruata ſint fidem facere non poteſt. Sin erunt ficta eo magis conſeruanda erūt. De his rebus caute confligēdum eſt: quibus in rebus tabulæ aut alicuius firma auctoritas uidebitur interfuiſſe. Adhuc quæ dicta ſunt arbitror mihi conſtare cum cæteris artis ſcriptoribus: niſi quia de īſinuationibus noua excogitauimus: quod eam nos ſoli præter cæteros in tria tēpora diuiſimus: ut plane certam uiam: & perſpicuam rationē exordiorum haberemus. Nunc quod reliquum eſt: quoniam de rerū inuentione diſputandum eſt: in qua ſingulare conſumitur oratoris officium: dabimus operam: ut nihilominus induſtriæ q̄ rei utilitas poſtulabit q̄ſiſſe uideamur: ſi prius pauca de cauſarum diuiſione dixerimus.

¶ FRAN. Si uera res erit cæ. obiectioni occurit: Ci. poſſet. n. qpiā dicere: nō oportet. Supradictas circūſtātias in uera narratiōe ſeruari & ip ſeruādas admonet eē. nā quæ uera ſunt ſæpe nō credunẽ. niſi ueriſimiliter narrẽẽ: qđ ſi ī uera narratōe hoc faciēdū ē: quāto acuratius fieri in ficta debet. Si ñ apud Virgiliū rē fictā ita narrat. ut credibilis oīno eē uideaẽ: primū uera admiſcet. & pſonarū: tꝑorū locorūq; oportunitates ac cōſilioꝝ rōnes ſeruat. Nā & potuit pati ipſe & facere potuit ulyſſes. Tꝑs ꝑterea aptū fuit nox qua fugeret: & locꝰ idoneꝰ in quo lateret: in ulua ſcilicet nec eē defuerūt: qbꝰ ulyſſes ad eius rapereẽ pniciē excogitādā. Nā mortis palamedis ſe ultorem fore pmiſerat ut merito timereẽ. Ait. n. fando aliqd &c. Siue ficta igiẽ ſiue ē uera res uerisimilitudo cuſtodiēda ē. qđ ip Cicero facit ꝓſerti ī orōnibꝰ in uerrē. nō ubi cupide. Et libidioſe. Vel ab eo uel a miniſtris eiꝰ fcm̄ aliqd qđ ueꝝ ſit. narrat nā de rubrio loquēs ea inſerit qbus uera narratio: ēt uerisimilis appeat: Et Quintilianus ait multum confert adiecta ueris credibilis rei imago: q̄ uelut in rē pñtē adducere audientes uĩ. De his caute &c.

De his caute

Illud ēt animaduertēdū eē dicit Cic. inter cætera q̄ de narratione ꝑcipiunẽ ut caute narretur de his rebus que tabulis aut firma alicuius auctoritate ſubnixæ eſſe uideantur. nam contra inſtrumenta aut contra ſapientū auctoritatē ēt ſi uerisimiliter narraretur: parum credibilis narratio erit: confligendum: tranſlatio a pugnantibus ſumpta eſt. qui inter ſe concurrunt. Oratores. n. cum narratur: uelut ī ad conflictum ſe cum aduerſario apparant: nam qcquid narratum eū. Id confirment neceſſe eſt: qm̄ igitur cāæ conflictus ex narratione naſcitur. Confligendum eſſe ait: pro certandum: & cōcedendū. caute: ne ſi dixerimus falſas eſſe tabulas q̄ alligenẽ ab aduerſario nobis non credaẽ ſi ab eo ſignatæ fuerint de quo magna ſit exiſtimatio qđ ſi ſcelus aliqđ ſignatoris patebit: aut ignorātia credibiliter dici poterit: tabulæ aūt ipſæ ſunt inſtrā: & locus: ubi inſtrā atq; actus publici continētur.

Tabule Alicuiꝰ auctoritas

Tabularium noīatur de quo Vir. īſanumq; forū aut populi tabularia uouit: firma auctoritas dcm̄ alicuiꝰ magni grauis ac ſapientis uiri uel ſenatus: quoties. n. contra narraẽ: nec credibilis narratio eſt: nec eam æquo animo iudices accipiunt. Nam qui cognoſcit: firmam eſſe alterius ſniam uult: ne ſi infirmeẽ exemplum in ſe recidat: poſſumus tñ dicere eſſe aliquam diſſimilitudinem cauſæ noſtræ cum ea cauſa uel re de qua ante iudicatum ſit: uel decretum interceſſerit: uel aliud poſterius conſtitutum contrarium priori locus tñ lubricus eſt quod ſi pro nobis tabulæ fuerit: & alicuius firma auctoritas plurimū narrationē nr̃am credibilē efficient. Cic. in orōne pro. L. archia quē gracchus actor heradiēſem ciuē eſſe negabat adeſt. inqt Lucullus: ſumma religione & fide predictus: q ſe non opinari ſed ſcire: nō audiuiſſe: ſed uidiſſe non interfuiſſe. ſed egiſſe dicit: ad ſunt heradienſis legati nobiliſſimi hoīes: q huius iudicii cā cū mādatis & publico teſtimonio uenerunt: q hūc aſcriptū heradienſem uolunt auctor aūt ē in quo ius ē ptās: & dignitas cuius cōſenſus uolūtas cōſiliū. ſnia auctoritas dr̃: q̄ ēt ſic diffiniẽ. auctoritas ē ſnia imitatione digna: ad huc ne abruptus trāſitus uideaẽ eſſe: nam ad reliq̄ accedit artis ꝑcepta: breuiter colligit q̄ dixerit & qbus de rebus dicturus: ſit ſubiūgit. nihil hactenus ſe ſcripſiſſe dicēs: qđ ſibi cū reliquis artis ſcriptoribus non cōueniat: ꝑterq̄ ꝙ noua qdā de inſinuatiōe excogitauit qua tribus utendū eſſe tpibus admonuit ut certā uiā: & artē exordiēdi hr̃emus: & cognoſcere poſſet orator accepta a cliēte cā: qñ principio: & qñ inſinuatione uti oporteret. Adhuc: hactenꝰ. Cōſtare cōuenire: Arbitror: nō dixit aut ſcio aut cōptū hẽo: arrogātiā effugiēs. Scriptoribꝰ: ut ariſtotele. Theopraſto. dyoniſio. de īſinuatiōibꝰ. recte īſinuatōes dixit nā tria

accidere tpa admonuit:qbus inſinuatione utendũ eẽt pter cæteros:quõniã nullus ante nos fecerat:tñ.n. pcipiebatur prius::ut ab his q̃ læderẽt ad ea q̃ iuuarent cõfugeret. In tria tpa.cũ turpis eſt cauſa & a nobis auditorum animos alienat:Cũ perſuaſi ſunt auditores:& cum defeſſi.Nũc qd ſit facturus oſtendit.De rerum inuentione:quoniam dixit ſuperius iuentionum in ſex inſtrũm ptibus conſumari.exordio . narratiõe diuiſiõe cõfirmatione & confutatione.qd p exordiũ & narrationẽ faciẽdũ ſit ſatis oñdit:nunc quomõ ad confirmationẽ & cõfutationem pauca.tñ prius de diuiſiõe.pcipiens.Inuẽtio accõmodeẽ nobis tradit regꝫ argumentorum quibus noſtra pbemus & aliena cõfirmemus.In quo oĩs ſpes oratoris poſita ẽ. Singulare officium.quia hoc opus hic labor ẽ cauſæ tuæ utilia inuenire q̃ dicas.Inuẽta.n.exornare haud difficile ẽ. CANTO. Cõfligendũ:agendũ cõtendẽdũ certandũ. Tabulæ.i.ſcripta aliq̃ teſtimoniũ phibẽtia.Aliquius firma auctoritas:ut puta:ſi quis uirtute pſtans & dignitate iterfuerit:tũc.n.cautius agẽdũ eſt. Adhuc q̃ dicta ſunt arbitror mihi cõſtare cũ cæteris artis ſcriptorib⁹.Niſi qa de iſinuationib noua excogitauimus:ꝙ eã nos ſoli pter cæteros in tria tpa diuiſimus &c.Hæc qdem uerba uideñ oñdere Rhetoricen hanc ad herẽnium eſſe Ciceronis:quoniam apparet etiam in rhæ.de inuentione Eedẽ diuiſio inſinuationis in tria tempora:pterea qia fere hoc in ope de inuentione appoſita ab illis excepta fuere:qd latius i plogo iã oſtẽdimus. In tria tpa.ut tunc ſcilicet utamur iſinuatione:quũ cã turpitudinẽ hẽbit. Quum iudices pſuaſi eſſe uidebunt ab aduerſariis.Et quũ audiẽdo defeſſi erũt.De rerum inuentione . Confirmationẽ & cõfutationẽ itelligit.Vñ paulo iterius inquit. Tota ſpes uincendi rõq; perſuadendi poſita eſt in cõfirmatione & confutatione &c.Conſumitur perficitur.Induſtriæ:curæ.operæ ſtudii.diligentiæ.

De diuiſione cauſarum.

CAuſarũ diuiſio in duas ptes diſtributa ẽ: primũ perorata narratiõe debemus aperire qd nobis cõueniat cum aduerſariis: qd in controuerſiis relinquat: ſi ea quæ nobis utilia erunt cõueniẽt hoc mõ. Interfectam eſſe matrẽ ab Oreſte conuenitur mihi cũ aduerſariis:iure fecerit & licuerit ne facere id eſt in cõtrouerſia. Itẽ ẽcõtrario Agamẽnonem eſſe a Clytẽneſtra occiſum confitentur:cum id ita ſit:me ulciſci parentem negant oportuiſſet. Deide cum hoc fecerimus:diſtributione uti debemus. Ea diuiditur in duas partes: enumerationem: & expoſitionem

FRAN. Cauſarum diuiſio . De tertia orationis pte nunc precipere incipit:quæ in duas ptes diuiſa eſt ſc iunctionem & diſtributionem:ſc iũctio eſt p quam quid nobis conueniat cũ aduerſario ſit expõnimus:ut qd nõ cõueniat in controuerſia ſe iungatur:diſtributio eſt per quam expõimus qbus de rebus dicturi ſumus Quitilianus partitionẽ ſic diffinit partitio eſt noſtrarum:aut aduerſarii ppoſitionum : aut utrarumq; ordinem collata enumeratio. Perorata narratione finita:nã perorare finire eſt unde peroratio cõcluſio uocatur:quid uobis cõueniat tunc conuenit litigatoribus inter ipſos cum uterꝙ eorum idẽ dicit:idẽ cõſentit . Si ea q̃ utilia nobis erũt.N.i ſi ea q̃ cõueniunt:nobis efficiant:pter mittenda ſunt.Cicero exemplũ ſubiungit ꝗ qd per uulgatũ eſt:eo.n.oĩs ferme artis ſcriptores uſi ſunt hiſtoria ãt hoc habet Agamẽnon exercitus græcorum imperator ad troianum bellum profectus eſt: oreſte filio impubere relicto & uxore clytemneſtra quam Aegyſto comendauit . Is ex cuſtode adulter factus eſt:cum deinde a troiano bello domum agamẽnon ſe reciperet pdere eum clytẽneſtra ſtatuit: uel ꝙ timebat ne ſuum cum Aegyſto adulterium manifeſtaretur:uel quia pellicem caſſandram ſecum ille ſe aducebat:reuerſo igitur cum lauaretur tunicã dedit quæ capiti & manibus exitum negabat:ea cum quaſi irretitum cerneret:ab adulterio adiuta:uirum occidit.Oreſtes cum ſtrophio phocidis regi pyladis parẽtei qui forte agamẽnonẽ ſalutatũ uenerat: clam fugit:& in adultã ætatem perductus domum rediit:& matrem adiutore pylade trucidauit:ſed helenæ ſuggeſtionibus matricidi ẽ ab Menelao accuſatus.res ad Ariopagitas delata ẽ:& illic pœne oĩum iudicũ ſentẽtiis abſolutus eſt:atq; etiam deæ palladis.Menelaus igitur eam oreſte accuſat:quid ſibi cum aduerſariis conueniat oſtendit:id autem eligit:quod cauſæ ſuæ cõducit hoc modo. Interfecta iudices eſſe ab oreſte matrẽ mihi conuenit cum aduerſariis:quod ſi idem diceret oreſtis a clytẽneſtra occiſum eẽ patrẽ dicit ſuũ ſeq; illũ ultũ eſſe:Doceret hæc partitio accuſatori:item defenſor ſic oñdet quid ſibi cũ aduerſariis conueniat dicens Agamẽnonẽ a Clytẽneſtra occiſum fatenẽ aduerſarii hic & ipſe q̃ ſibi cõueniant aperit:cũ dicit patrẽ a clytẽneſtra uxore occiſum:ego confiteor:ſed dico ab ea prẽm meũ prius fuiſſe occiſum:cũ habita ſint:illud in cõtrouerſia relinquit:licuerit ne oreſti matrẽ in patris ultionẽ occidere:nã oreſtes iure a ſe Clytẽneſtrã occiſam dicit:qm̃ illa patrẽ ſuũ necauerit.accuſator iure negat occiſam qm̃ nõ oportebat idãnatã mrẽm a filio occidi:relinquit igit in cõtrouerſia iure ne:an iniuria matrem occiderit oreſtes. Licuerit:cum tanta impudentia ſit:ut matrem a ſe iure occiſam dicat:quærit iure ne fecerit:& licuerit. Itẽ contrario &c.ex parte defenſoris:uim etiam uocabulis dat Cicero:accuſator ab oreſte matrem occiſam nõ clytẽneſtram dicit. Deinde cum hoc fecerimus:cum conueniens ab inconuenienti ſeparauerimus. Diſtributione utemur:in oĩbus cauſis i qb⁹ cõueniẽs ab inconuenienti ſeparatur diſtributione etiam uti debemus:hoc modo oreſtes.negant ait aduerſarii in patris mei ultionem clytẽneſtrã iure a me occiſam eſſe: ego autem his rationibus iure occiſam eſſe oſtendam & rationes breuiter enumerat:itẽ in cauſa mutui cũ dicis nõ negat aduerſarius meus mutuo ſe pecunias a me accepiſſe:ſed idẽ aſſerit redidiſſe:ego nego & ſta

Sciunctio
Diſtributio
Partitiõ
Peroratio

Vi uocib⁹ addere

tim diſtribuis dicens tribus rōnibus mihi redditas minime eſſe patefaciā.Cicero in orōne ꝓ pu.Quītio eum expoſuiſſet quid cōueniret & qd in controuerſia eſſet:ſtatim ſubiunxit diſtributionem his uerbis negamus te bona.P.Quintii ſexte neui poſſediſſe ex edicto prætoris:ī eo ſpōſio facta ē oſtēdā primū cām nō fuiſſe:cur a prætore poſtulares:ut bona.P.Quintii poſſideres : deinde ex edicto te poſſediſſe nō potuiſſe.poſtremo nō poſſediſſet:ſed ī q̄bus cauſis ſe parari cōueniēs ab icōueniēti nō cōtingit:ſimplici utimur diſtributiōe:p quā totius cāæ mebra āperimus:ut in uerinis quadripartitā diſtributionē totius accuſatōis ſuæ:Tullius dixit eē de quæſtura:de legatiōe:de ꝑtura urbana:de prætura ſiciliēſi:ſed cōtingit ut partitio de ipſa cā nō ſumat:& ea membra ponat orator:q̄ ipſe ingenio inuenit:& ſibi dicēda cōſtituit. nō ex negocii factis ad cām ſumptis ſed argumētatiōe oratoris in cā collocatis:ut i diuinatiōe cū de pecuniis repetundis q̄ſtio ē:& nomē cuiuſpiā deferē:nā hæc duo præcipue ſpectari oportet: quem accuſatorem uelint.ii.qui iniurias paſſi ſunt:& quē minime uelint.ii.qui iniurias feciſſe accuſanē:in oratione ꝓ ſexto roſcio cū unū ſit crimen paricidii ac propterea unū negocium.non cauſam partitur Cicero.ſed orationem:dicendo in crimen audaciā & potentiam criminis confectionem:accuſator erutius ſuſcepit.⸿Audatiæ partes roſcii ſibi depopoſcerunt:Chryſogonus autem potentia pugnat.

⸿De cauſarum diuiſione .Tit.xxv.

Cauſæ diuiſio ⸿ANTO.Cauſarū diuiſio:Cauſa eſt negocium oībus ſuis partibus ſpectans ad quæſtionem:Aut cā eſt negociū:cuius finis eſt cōtrouerſia.ſic finit apollodorus:ut ſcribit Fabius li.iii.Diuiſio:idem Cicero lib.i. rhe.de inuentione fabius li.iiii.Partitionem uocant.aitq; fabius ſic : Partitio eſt noſtrarum ut aduerſarii propoſitionum aut utrarumq; ordine collata enumeratio : Hac quidem utendum ſemper putant : ꝙ & ea fiat cauſa lucidior & iudex intentior ac docilior ſi ſcierit & de quo dicimus.& de quo dicturi poſtea ſim⁹. Turpiſſimum uero non eodem ordine exequi.quo quicq; propoſueris:Hæc ille.⸿Diuiſio.Victorinus ſic ait libro primo rhe.Partitio eſt totius cauſæ per partes Conſtitutio.Diuiſio eſt rerum ſub partitione iacē

quæſtio tium.Peroráta.abſoluta finita.⸿In controuerſiis.in quæſtionibus.Dicit.n.Cicero.libro.i.de inuentione: ꝙ quæſtio eſt ea quæ ex conflictione cauſarum gignitur controuerſia.hoc modo.⸿Non iure feciſti.iure feci.cauſarum autem eſt conflictio in qua conſtitutio conſtat.Ex ea igitur naſcitur cōtrouerſia: quā quæſtionem dicimus.hoc modo.Iure ne fecerit hæc Cicero.⸿Relictum eſt.ſcilicet debemus aperire.⸿Iure

Fas qd fecerit.ſecundum iura & leges ſcriptas.⸿Licuerit ne facere.ſecūdum fas. quod eſt ius diuinum.Item ecōtrario id eſt ſi ea quæ utilia ſunt nobis non conuenient cum aduerſariis.⸿Me ulciſci parentem negant oportuiſſe.⸿Id quidem utile erat Oreſti partem ſcilicet oportuiſſe ulciſci.quod aduerſarii negabant. Deinde quum hoc fecerimus.ideſt poſtq̄ uiderimus quid nobis conueniat cum aduerſariis.qd nō conueniat.

Enumeratione utemur.cū dicemus numero: quot de rebus dicturi ſumus:eam plus q̄ triū partium numeri contineri non oportet : nam & periculoſum eſt : ne quando plus minuſue dicamus:& ſuſpitionem affert auditori meditationis & artificii:quæ res fidem abrogat oratori.Expoſitio eſt cum res quibus de rebus dicturi ſumus breuiter exponimus.nunc ad cōfirmationem tranſeamus.

⸿FRAN.Enumeratione utemur:ut enumerentur ſingulæ res de q̄bus futura ē oratio: qd Cicero fecit in orōne ꝓ pompeo tripartita enumeratione uſus:ait.n.primū mihi uī de genere belli:deīde de magnitudine. tū de impatore deligēdo eē dicēdū expoſitio ipſa ſimplex eſt:& ſine enūeratōe.⸿Plus q̄trium pcium : duabus ꝓbat rōnibus expoſitionē plus q̄ trium partiū eſſe non debere.qm̄ ſi pluribus uteremur:ꝑiculum eſſet:ne uel aliquā dediceremus adderemus ue dicentes uel ſuſpitionē artificii auditoribus faceremus:Qui crederēt nimiū apparatos ad dicendum nos uenire:& magis arti q̄ ueritati cōfiderē:ideoq; fidē nobis minime adhiberēt:ſed illos Quintilianus approbare ſe nō dicit:q uetaē ꝑtitionem ultra tres prepoſitiones extendi.quæ ſine dubio ut idem ait:ſi nimium ſit multiplex fugiet memoriā iudicis & turbabit attentionē:hoc tamen numero.uelut lege non eſſe alligandam:cum poſſit cauſa plures deſiderare:ipſe autem.Cicero plus trium partium uſus eſt enumeratione:tum in aliis orationibus:tum in ſextiana cum ait:dicam ego de oī ſtatu.p.ſexti.de genere uitæ:de natura:de moribus:de incredibili amore in bonos:de ſtudio ſeruandæ ſalutis communiſq; otii præceptorum:cum hæc ſcripſit & ſcolarium conſuetudinem ſecutum eſſe apparet.⸿Plus minuſue &c.Quintilianus pleraq; gratiora eſſe dixit ſi inuenta ſubito ſint:nec domo allata:ſed interdicendum e re ipſa nata uideantur:& illa non iniocunda ſchemata:: pœne excidit mihi:& fugerat me:& recte admones.idem ait fallendum iudicem eſſe:& uariis artibus ſubeundum.⸿Meditationis & artificii : ergo meditari cauſam prius & artificioſe illam præparare non licet? reſpondetur licere q̄dem cū preſertim id fieri debere libro de oratore ipſe ꝑcipiat Cicero:& libro de legibus ſic dicat:ad cauſæ dictionem nunq̄ niſi paratus & ꝑmeditatus accedo:ſed occultandū ē q̄ fieri poteſt

Peroro artificium:& id agendū ut impremeditatū pœne ad dicēdū te uenire iudices credant : Tunc.n.fidē tibi habebunt cū cāæ tuæ bonitate confidere te arbitrabunē : ⸿Abrogat:minuit derogare eſt toti:abrogare

Abro parti.⸿Expoſitio:hæc eſt cū ſimpliciter exponimus.Quibus de rebus dicturi ſumus exempli gratia:agēdum eſt iudices in hac cā de paricidio:uel agēdum ē de furto uno.n.prope uerbo exponitur qđ dicturi ſimus.⸿Breuiter & abſolute:ut nō plus dicamus aut minus q̄ oportet.Cicero in rhetoricis de iuētiōe tria dicit expoſitionē habere debere:ut breuis ſit:ut abſoluta:ut pauca:& breuitas inq̄t ē:cū nullū niſi neceſſarium uerbum aſſumitur.Abſolutio ꝑ quā omnia genera q̄ incidunt in cām amplectimur:paucitas ſeruaē

ſigenera rerum ponātur:neq; permixte cum partibus implicentur.ut ſi genus poſitum eſt partes nō ponātur:eſt etiam paucitatis ne plura quem ſatis eſt:demonſtraturos nos eſſe dicamus.

¶ANTO.Quā dicemus numero.Exemplum erit Ciceronis pro murena ubi ait.intelligo iudices tres totius accuſationis partes fuiſſe:& earum unam in reprehenſione uitæ.Alterā in contēptione dignitatis ¶Tertiam in criminibus ambitus eſſe uerſatam.Plu q̄ trium partiū. Fabius lib.iiii.ſcribit ſe non probare illos q̄ ptitionē uetāt ultra tres ꝓpoſitiōes extēdere.Quæ ſine dubio ſi nimiū ſit multiplex fugiet memoriā iudicis:& turbabit intentionē hoc tñ numero uelut lege nō eſt alligāda.cū poſſit cā plures deſiderare. Breuiter exponimus:utputa dicā nō talē eſſe hūc quē tueor reū.ut in eo credibile uideri poſſit homicidiū. Dicā occidēdi cām huic nō fuiſſe.Dicā hūc eo tpe quo mō occiſus eſt trāſmare fuiſſe.Id eſt in fabio li.iiii. ut apud Terentiū in and.Simo ſoſiæ liberto ait.Breuiter & cōmode rē oēm a pricipio audies:Eo pacto:& uitam nati & conſilium meum cognoſces:& quid facere in hac re te uelim.Vtq; in ptitione expoſuit itaq; primum narrauit gnati uitam &c.

¶De confirmatione & confutatione.

Tota ſpes uincendi ratioq; perſuadendi poſita eſt in confirmatione & confutatione. Nam cum argumēta noſtra expoſuerimus: cōtrariaq; diſſoluerimus abſolute nimirū munus oratoriū confecerimus. Vtrunq; igitur facere poterimus: ſi cōſtitutionem cauſæ cognouerimus.

¶De cauſarum conſtitutionibus.

Cauſarum cōſtitutiones alii quatuor fecerunt: noſter doctor. Hermeſtes tres putauit eē:non ut de illorum quicq̄ detraheret inuentione:ſed ut oſtenderet id quod oportuiſſet ſimpliciter & ſingulari mō docerit illos deſtribuiſſe dupliciter & biptito

¶FRAN.Tota ſpes uincēdi.De tribus orationis partibus iā ꝓcipit:exordio:narratiōe:diuiſione:de tertia:& quarta:nūc præcepta ſe traditurū pollicetur:confirmatione.ſ.& cōfutatione.attentum autē reddit auditorē a rei magnitudine cū oēm uincēdi & pſuadendi ſpem in his duabus ptibus repoſitam dicit eſſe:nā cū nr̄a argumēta cōfirmauerimus:aduerſariorūq; diſſoluerim⁹:nihil ſupeſſe uidebit̄ niſi ut uictoriā cōſequamur uel quod uolumus efficiam⁹:cæteræ partes abſq; iis parū:uel nihil oīno agere uidentur exordiū ꝓparat.narratio docet.diuiſio aliqd certū deſtinat:in quo auditoris aīum teneat occupatū probatio & refutatio finē īplet̄ oratoris q̄ ē uincere:aut pſuadere:uīcim⁹ in iudiciali genere: quod omniū maximū ē:& difficillimū pſuademus in reliquis duobus:ideoq; ait ſpes oīs uincēdi & rō pſuadēdi poſita in cōfirmatiōe. Vincer aut per ſuadere ¶Adiumenta nr̄a: argumēta:quod p cōfirmationem fit. Contrariaq; diſſoluerimus:qd cōfutatio efficit. ¶Abſolute pfecte:nā id abſolutū ē cui nihil deeſt. Mun⁹ oratoriū eius offm̄ qui dicēdi artem pfitet̄:quem oratorem noīamus. Vtrunq;:ſed nō prius inquit de cōfirmatione:& confutatione:dicēdum eſt:q̄ cauſarum cōſtitutiones oñdat̄ quibus oīs oratoris confirmatio & confutatio innititur. ¶Cauſarū cōſtitutiones:cōſtitutionē qdā ſtatum:quidā quæſtiones.alii caput quod ex quæſtiōe appareat nominauerūt:græci ϹΤΑϹΙΝ uocāt quod nomē ab Eucrate iſocratis diſcipulo Conſtitutio uel a Zaphyro Clazomenio primū manauit quāq̄ hoc uerbo prius in oratōe cōtra Cteſiphōtē Aeſchines uſus dicatur:quæ appellatio inde ducta eſt q ibi prius ſit cauſæ cōgreſſus uel quod in eo cauſa conſiſtat: Magna aūt inter ſcriptores artis de cōſtitutionibus diſſenſio fuit:alii duas:alii tres:alii quatuor fecerūt:fuerūt qui ad octo peruenerūt:item alii alias principales eſſe uoluerūt:Cice.in rhetoricis libris de inuentione quatuor ſtatus poſuit cōiecturæ finis qualitatis:actionis.plurimi tñ tres generales fecerunt: quos in oratore ſecutus idē eſt:& oīa quæ aut in cōtrouerſiā:aut ī cōtētionē ueniāt:illis cōtineri putauit:ſic ne:quid ſit: & quale ſit:ſed hos alii apertius appellauerūt:cōiecturalē:legalē:& iuridicialem:legali: finitionē: trāſlationem:ambiguum:ratiocinationē:ſcriptum & ſententiam:ac contrarias leges ſubiecerūt.Cic.hermetis præceptoris ſui:ut ipſe ait auctoritatē ſecutus tres tm̄modo:quos prædiximus:ſtatus fecit:ſed eos ēt ipſa natura nobis ꝓſcribit.Nā quotiēs ſubeſt aliqd de quo ambigimus:an ſit:qd ſit:aut quale ſit:non poteſt exiſtimari:niſi prius eſſe cōſtiterit.Exēpli cā aliquis in ſpecula conſtitutus a longe pſpitiens:cernere aliquid ſibi in mari uī:id nauis:eſt:ſed ſit ut aliqd idē dubitat poſtea pgrediente ulterius nauis aliqd eſſe intelligit qd tñ ſit adhuc ignorat:Magis magiſq̄ appropinquāte tandem noui:manifeſte nauem eſſe cōprehēdit ſed qualis ea ſit triremis ne an oneraria parua an magna.nō diſcernit:eodē modo oīs cōſtō.ſic eſt ut aſpectus An ſit aut enim an ſit aliqd querit̄ & eſt coniecturalis:aut q ſit diſceptat̄.& ē legalis:aut q̄le ſit:& uocat̄ iuridicia Quid lis.Conſtitutio.Alii quatuor fecerūt:ut Ci.ſicut añ diximus ī rhetoricis ſuis de inuētione quos ipſe nō p ſit quale bauit:cōiecturæ:finitionis:generis:actionis.idē gñalē conſtōnē in duas ptes diuiſit.iuridicialē & negocia ſit lem:iuridicialē eſſe ait:in q æq & recti natura aut præmii aut pœne rō quærit̄. Negocialē uero in qua qd Iuriſdicialis iuris ex ciuili more & eqtate ſit cōſiderer̄:& huic diligētiæ iuris cōſultos pēſſe:legitiæ uero ptes q̄ ſunt: quinq; ſcriptū & ſnia contrariæ leges ambiguū:diffinitio rōcinatio:ſeparatas a conſtōnibus cenſuit eſſe Negocialis qui uero quatuor conſtitutiones eſſe uolunt hac rōne ducuntur.quotiēs aliqd ē de quo dubitam⁹ primā

quærimus an ſit:& eſt cõſtõ cõiecturalis:ut cũ dr̃ occidiſti luciũ nõ occidi qõ eſt an occiderit. deinde qd ſic peuẽ & finitio ẽ:cũ ſem qdẽ ab aduerſario cõcedit̃:ſed alio noĩe dr̃ appellari debere:ut ſi qs.q rẽ ſacrã de loco priuato ſuſtulerit & rẽ ſacrã ſe ſubripuiſſe ñ eget ſacrilegii accuſat̃:q furti ſecũ dicat agi dẽre nõ ſacrilegii:graui⁹.n.delictũ furto ſacrilegiũ ẽ:grauiore pœna mulctat̃.ulteri⁹ ꝑcedit̃:& q̃le ſit q̃ritis iuſtũ an iniuſtũ utile an inutile:eſtq́ꝫ generalis cõſtõ poſtrẽo illud ẽt accidit:ut q̃rat̃:an is agat aliqd quẽ agere oportet:an cũ eo quo oportet:an apud quos.quo tpe:q̃ lege:quo crie:q̃ pœna oportet:& hic actiõis ſiue trãſlatiõis ſtatus noiat̃:Multi quos Cic.in rhetoricis libris quos dixim⁹ ſecutus ẽ:q̃tuor fecerũt cõſtõnes ſed hermes ꝓceptor quẽ nũc ſeqtur tres tm̃ eſſe uoluit:nõ ut aliorũ uoritatis cupid⁹ & iuidia ductus inuẽtiõe quicq̃ auferret:ſed ut fruſtra pluribus illud fieri oñderet:qd paucioribꝰ abſolui poſſet:qd & pħs dicit Ariſtoteles.ſimplici igit̃ & ſingulari mõ docuit:qd illi añ docuerũt biptito:q diffinitionẽ principalẽ ſecerũt cõſtitutionẽ:quã ipſe legitime ſubiecit.Gñalẽ ꝑterea quã iidẽ i negociale & iuridiciale diuiſerunt:& trãſlationem minime omiſit.nã ẽt eas ſub ligitima cõpræhendit conſtõne:ergo de priorũ nihil hermes detraxit inuentione:ſed breuius & abſolutius partius eſt.⁋ Singulari modo quoniam diffinitiuam generalem ac tranſlatiuam uel actionis uni ſubiecit legitimæ:iuridicialem uero quam illi partem generalis eſſe uoluerunt:principalem fecit.⁋ Bipartito:ad id reſpicit quod ait ſingulari.

ℂDe confirmatione & confutatione. Titu.xxvi.

ℂANTO.Tota ſpes uĩcẽdi:ratioq́ꝫ pſuadendi &c.fabius.ẽt.li.v.ait:hoc tñ ꝓpriũ atq́ꝫ ꝓcipuũ crederĩt opus ſua cõfirmare:& q̃ ab aduerſario ꝓponerent̃ refutare.⁋ Vincẽdi:id ad gen⁹ iudiciale attinet. Perſuadẽdi:Id uero ad genus deliberatiuũ ptiet & demõſtratiuũ.In cõfirmatiõe.Cõfirmatio eſt:p quã argumentando noſtræ cauſæ fidẽ & auctoritatẽ & firmamẽtũ adiũgit orõ.ita ſcribit Ci.li.i.rh.de Inuentione.Cõfutatione hãc cice.dicto lib.appellat.Reꝓhẽſionẽ:ait.n.Reprehẽſio eſt per quã argumẽtãdo aduerſariorũ cõfirmatio diluit̃:aut infirmat̃:aut alleuiat̃.Fabius uero lib.v.Refutationẽ uocat:ait.n.refutatio dupliciter accipi põt:Nã pars defenſoris tota eſt poſita i refutatione. Et q̃ dicta ſunt ex diuerſo debẽt utrinq́ꝫ diſſolui.⁋ Adimẽta noſtra exp.quod munus eſt confirmationis.⁋ Diſſoluerimus id mun⁹ ẽ confutatõis.⁋ Abſolute pfecte nihil.n.neceſſariũ ꝑtermittet̃.⁋ Mun⁹ oratoriũ cõfecerimus. Supi⁹ de Veriſimili narratione dixit.Nunc quod reliquum eſt:quoniam de rerum inuentione diſputandũ eſt in qua ſingulare cõſumitur oratoris officium &c.⁋ Noſter doctor Hermeres.Et hermetes & hermes in antiqs inuenio.Prætérea negantes rhetoricen hanc ad herẽnium Ciceronis eſſe inter alia quoq́ꝫ puerilia aſſerũt hoc dicẽtes: Nuſq̃ legi hermentẽ Ciceronis doctorẽ:Non aduertẽtes in ſcribẽda dicẽdi arte Ciceronẽ plures ſecutũ. Quod quidẽ in ꝓlogo.li.ii.rhe.de inuentione ſic edocet. ſed oĩbus unũ locũ coactis ſcriptoribꝰ qd giq́ꝫ cõmodiſſime præcipere uidebatur excerpſimus & ex uariis ingeniis excellentiſſima queq́ꝫ libauimus &c.

Confirmatio

Reprehenſio

Hermetes

ℂDe conſtitutione.

COnſtitutio ẽ prima depræcatio defenſoris cum accuſatoris in ſimulatione coniuncta. Conſtitutiones itaq́ꝫ:ut ante dixim⁹ tres ſunt coniecturalis:legitima:iuriſdicialis.Coniecturalis eſt cũ de facto controuerſia eſt hoc modo:Aiax i ſilua poſt q̃ reſciuit:q̃ feciſſet ꝑ inſaniã gladio incubuit Vlyxes interuenit:occiſũ conſpicat̃ corpe tælum cruentum educit. teucer interuenit ubi occiſum fratrem & inimicum fratris cum gladio cruẽtato uidet:captis'accerſit. Hic quoniam coniectura uerum quæritur:de facto erit controuerſia:& ex eo conſtitutio cauſæ coniecturalis nominatur

